



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

18. Quàm præstantes sint nuptiæ spirituales?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

XVIII.  
Tertull. lib. 1.  
advxorem,  
cap. 8.

felicitate virginum, in quibus, ut Afer loquitur, est integritas solida, & tota sanctitas de proximo visura faciem Dei. Quod si hoc vitæ genus celebratum est apud nationes, pro diaboli scilicet emulatione, quantum Deo sanctitas placet, cum illa etiam inimicis adfectat: nos utique ut alicuius boni adfinis, sed ut Dei Domini ple-

Gelasius ad  
episc. Luc.  
cap. 14.

Tertull. lib.  
de virg ve-  
landis c. 16.  
Optat Mileu.  
lib. 6.

S. Ambr. ad  
Virg. laplam.

Et quidem Ethnicorum virginitas, ut ait S. Ambrosius in Simmachum, emptitia, temporaria, ac fastu plena fuit, vel certè ob solam fugam ærumnarum, quæ in matrimonijs passim horrentur. Christianorum castitas, estis sæpè, ut dictum est, ab eiusmodi difficultatibus in coniugio occurrentibus magnos stimulos fortitur; tamen præcipue Christi amore eligitur, & non rarò votis confirmatur, ut anima illi, tanquam cælesti sponso æternùm copuletur. Quæ de causa & olim, & hodie, quando flammeo virginali sanctum, eiusmodi sponsæ caput operitur, solenni id pompa fieri solet, & olim, non nisi certis diebus, ut Gelasius tradit; & adinstar sæcularium nuptiarum, magna celebritate. Nubere enim, Christo eas, quæ ipsi dicantur virgines, aut qui iuvenes, antiquo in Ecclesia loquendi vsu receptum fuit. *Nupsisti Christo,* inquit Tertullianus, *illi tradidisti carnem tuam; illi desponsisti maturitatem tuam. Incede secundum sponsi tui voluntatem.* Et Optatus Mileuitanus: *Spirituale nubendi hoc genus est: in nuptias sponsiam venerant voluntate, & professione sua: & ut sæcularibus nuptijs se renunciaisse monstrarent, spiritali sponso saluerunt virginem: iam cælestes celebraverant nuptias.* Quemadmodum enim iuncta coniugio cogitat qua viri sunt, quomodo placeat viri, ita anima, cælibatu velut spiritali coniugio obligata Christo atque oppignorata, cogitat tantùm quæ sunt Dei, nempe ut sit sancta corpore & spiritu. Itaque qua se spondit Christo, & sanctum velamen accepit, iam nupsit, ait D. Ambrosius, iam immeritali iuncta est viro: & iam, si voluerit nubere, communi lege coniugij, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. Et sic quoque Cyprianus animas Christo perpetuò dicatas, si fuerint prævaricatæ, Christi adulteras appellat; quem loquendi modum etiam alij PP, tenuerunt. Certè è supra dictis, constat, multas Christianas

Christianas virgines, ne dispendium virginitatis paterentur, martyrium oppetere maluisse, nefas esse clamantes, hominis cuiuscumque iungi consortio Christo semel desponsatas. Hic fructus nascitur ex infanti matrimonij consideratione, castitas, virginitas, sanctitas, gloria Agnum quocumque ierit sequentium. Carnis concupiscentia atatis officia defendit, decoris messem requirit, gaudet de contumelia sua: dicit virum necessarium sexui, ut auctoritatis & solatij causa, vel ut à malis rumoribus tuta sit. Et in aduersus consilia hæc eius adhibe sororum nostrarum exempla, quarum nomina penes Dominum, qua nulla forma vel atatis occasione preste, maritis sanctitatem anteponunt: malunt enim Deo nubere. Deo speciosa, Deo sunt puella: cum illo viuunt, cum illo sermocinantur: illum diebus & noctibus tractant: orationes suas velut doctes Domino assignant: ab eodem dignationem velut munera maritalia quotiescunque desiderant, consequuntur. Sic æternum sibi bonum Domini occupauerunt, ac iam in terris non nubendo, de familia Angelica deputantur.

Tertull. lib. 1.  
ad Vxorcm.

C A P V T XLVII.

*Quid, & quàm varia sint Monstra? Et num ea etiam in omnibus Mundi partibus reperiantur?*

**M**undum & Mundi inquilinos non morum duntaxat, sed nonnulli ipsius etiam naturæ errores videntur contaminare. Quod num ita sit, & quo Numinis iudicio fiat, paulò est à nobis examinatiùs inquirendum. Inter hos autem errores, potissimè sunt *Monstra & Monstruosa*, quæ sine diuina voluntate non accidunt, atque ipsa raritate sua nos inuitant ad meditandum, rapiuntq; ad sapientissimi Gubernatoris Mundi æquissimam prouidentiam, cum maxima admiratione contemplandam. Quò digitum intendit regius Psalles, cum ait: *Venite, & videte opera Domini, qua posuit prodigia super terram.* Et alio loco: *Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: notas facite in populis adinventiones eius. Cantate ei, & Psallite ei: & narrate omnia mirabilia eius.* Non erit

1  
Psal. 45. 9.  
1 Paral. 16. 8.  
Psal. 104. 1.

Kkkk 2 Hæc